



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

Dominica xiiii. post trinitatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)



**M** domini ca. xiiij. e euāgelium. Dum iret hiesus in hierusalē etc. Luc. xvij. Circa quod posunt disputari sequentes questiones.

**Q** Prima. vtrius ad sanandum lepram peccati sit necessarium confiteri sacerdoti. **Q** Secūda. vtrum nouem leprosi nō reddentes gratias christo de eorum curatione peccauerunt mortaliter.



**D** primas questionez sic proceditur. Et videtur qd ad sanandum lepram peccati non sit necessarium confiteri sacerdoti

**Q** Primo sic. curatio lepre peccati precedit confessionez. vnde in euangelio dicitur. qd illi decē leprosi dum irent ad ostendendū se sacerdotibus mundati sunt. et ita anteq̄ se ostenderent. ergo videtur qd ad curationez lepre peccati confessio non sit necessaria. **Q** Secūdo sic. aliquibus est peccatum dimissum sine hoc qd confessi leguntur. sicut patet de petro et maria magdalena. etiā de paulo. sed nō minoris efficacie est gratia remittens peccatum

nunc q̄ tunc fuerit. ergo nec nūc est de necessitate salutis confessio. **Q** Tertio sic. Dato qd necessarium sit confiteri. non videtur qd sacerdoti. penitentia enim est sacramentum necessitatis sicut et baptismus. sed in baptismo propter sacramenti necessitates est minister quilibet homo. ergo in penitentia sufficit cui liber confiteri. **Q** Quarto sic. ad confessionem non obligamur nisi ex divina institutione. sed divina institutio nobis proponitur Iacobus. Confitemini alterutrum peccata vestre. vbi non fit mentio de sacerdote. ergo etiam si confessio dūz est. non est necessarium confiteri sacerdoti. **Q** In oppositum est euangelium presens. vbi dominus decem leprosis precepit se presentari sacerdotibus. vbi ponitur signum mundationis lepre peccati per sacramentum penitentie. ergo videtur qd solis sacerdotibus sit fienda confessio. **Q** Respondeo dicendum sub duobus conclusionibus. **Q** Prima est qd confessio est de necessitate salutis ei qui peccati mortalis lepram incurrit. Ita conclusio declaratur iuxta sanctum thomam (iiij. sen. di. xvij. q. iiij. arti. i. q. i.) Passio christi sine cuius virtute nec actuale nec originale peccatum dimittitur in nobis operatur per sacramentorum susceptionem que ex ipsa efficaciam habent. et ideo ad culpę remissionem et actualis et originalis rem

quiritur sacramentum ecclesie. vel actu susceptum vel saltem voto. quando articulus necessitatis non contemptus sacramentum excludit. et per consequens illa sacramenta que ordinantur contra culpam cum qua salus esse non potest. sunt de necessitate salutis. Et ideo sicut baptismus quod delectur peccatum originale est de necessitate salutis. ita penitentia sacramentum. Sicut autem aliquis per hoc quod baptismum petit se ministris ecclesie subicit ad quos pertinet dispensatio sacramenti. ita etiam per hoc quod confitetur peccatum suum se ministro ecclesie subicit. ut per sacramentum penitentiae ab eo dispensatum remissionem consequatur qui congruum remedium adhibere non potest nisi peccatum cognoscat. quod fit per confessionem peccantis. et ideo confessio est de necessitate salutis eius qui in peccatum mortale cecidit. ¶ Secunda conclusio. quod necessario sacramentalis confessio facienda est sacerdoti si adest vel haberi potest. Probatum conclusio. (ubi. s. ar. ii. q. f.) Absolutio penitentis propter quam fit confessio non pertinet nisi ad sacerdotes. quibus claves ecclesie commisse sunt ergo confessio debet fieri sacerdoti. Preterea sic gratia que in sacramentis datur a capite in membra descendit. et ideo solus ille est minister sacramentorum in quibus gratia datur. qui habet

ministerium supra corpus christi verum. quod solus sacerdos est. qui consecrare eucharistiam potest. et ideo cum in sacramento penitentiae gratia conferatur solus sacerdos est minister huius sacramenti. et ideo soli facienda est sacramentalis confessio que ministro ecclesie fieri debet. diximus si adest vel haberi potest. quia alias confessio fieret laico. ut infra dicitur. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia cum irent ad ostendendum se sacerdotibus. iam propositum intelligebantur habere confitendi. Et hoc sufficit. sicut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter. Primo quia licet illorum non legatur confessio potuit tamen esse multa enim sunt facta que non sunt scripta. ¶ Secundo. respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia non est idem de aliis ministris ecclesie et de christo. christus enim habuit potestatem excellentie in sacramentis. Unde sine his que ad sacramentum pertinent potuit et potest rem sacramenti conferre. ¶ Ad tertiam respondetur. negando consequentiam. regulariter tamen in casu necessitatis conceditur. Unde sicut baptismus est sacramentum necessitatis. ita et penitentia. Baptismus autem quia est sacramentum

necessitatis. habet duplicē mini-  
strū vnū cui ex officio baptizare  
incumbit. sicut sacerdotē. et aliū  
cui ratione necessitatis dispen-  
satio baptismi committit. et ita  
etiam minister penitētie cui cō-  
fessio est faciēda ex officio est sa-  
cerdos. s; in necessitate etiā lai-  
cus vicez sacerdotis supplet. vt  
et p̄fessio fieri potest. **¶** In de pe-  
dis. vj. dz. Tanta est vis p̄fessio-  
nis. vt si sacerdos deest cōfiteat̄  
homo primo suo qui lz p̄tatem  
absoluendi nō habeat. efficitur  
tamen dign⁹ venia ex desiderio  
sacerdotis. **¶** Ad quartaz respō-  
detur. negando consequentiaz.  
Et ratio est. qz Iacobus loquit̄  
ex suppositiōe diuine institutio-  
nis. et qz diuinitus institutio pre-  
cesserat de cōfessione sacerdoti-  
bus faciēda per hoc q̄ eis pote-  
states remittēdi peccata in apo-  
stolis dedit. vt patet Job. xx. Et  
ideo intelligendū est q̄ iacobus  
p̄fessionē esse faciēda sacerdoti-  
bus monuit in verbis p̄dictis.



**D** secundā  
questionē sic  
procedit. Et  
videtur q̄ le-  
prosi non re-  
deūtes ad dā-  
dum glo iam  
deo ei gratias referendo de cu-  
ratione eorum non peccauerūt  
mortalit̄. **¶** Primo sic. Quia in  
gratitudo non semper est pecca-  
tum mortale. vtpote. qñ p̄cedit

ex quadaz negligētia. aut ex alia  
qua indispositione hominis ad  
virtutem. isti autem potuerunt  
aliqua huiusmodi occasione non  
redi re addandum gloziam deo.  
ergo non videntur peccasse mor-  
taliter. **¶** In oppositum videtur  
euangelium. q̄ illos nouez vide-  
tur reprobare de hoc. **¶** Respon-  
deo dicendum. nostro iudicio q̄  
illi peccauerunt mortaliter qm̄  
niam in illa eorum negligētia  
videntur incurrisse ingrati-  
tatis vitium. non recognoscētes  
beneficium susceptum. nec lau-  
dantes et glorificantes dominū  
quem magnis clamorib⁹ et pec-  
cibus ppulsauerunt et eorum mi-  
serere sanādo eos a lepra. **¶** Et  
sunt sicut illi de quib⁹ dicit apo-  
stolus ad Roma. s. Nō sicut dei  
glorificauerūt aut gratias eger-  
runt. quo circa meruerunt de sa-  
cepto beneficio p̄uari. nisi quia  
dominus altissimus benign⁹ est  
super ingratos et malos. **¶** Luce  
vj. **¶** Ad rationes in oppositum  
respondetur. q̄ ingrati-  
tudo illa  
videtur precessisse non ex simpli-  
ci quadam negligētia. sed ex in-  
teriori cōtēptu gratie susceptae  
creduntur enim fuisse decepti a  
sacerdotibus quibus se presenta-  
uerūt. qui doctrine christi. et mi-  
raculis detrahebant et fm̄ eorum  
informationē attribuebant suā  
sanationem obseruationi legi.  
et non virtuti christi. lz a princī-  
pio fideliter et deuote postulā-  
sent ab eo sanari.